Castren Capitan Praemislien, extunc recessu suprascripto quoad re
spondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termi
no tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium praefa
tum luere, Inscriptioni huic satis facere, ac omne Iudicatum pati de
bebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscri
bit et obligat praesen, Illum Terminum primum peremptorium et
alios omnes exinde consequentes, Causaeiusdem Terminos, semper
peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate succes
sorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad
munimenta ad exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et le
galibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Vltra
ximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemislien Ternos
dilationum sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes
ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praedictis simpli
cibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, Iis alijs Iuris p
scriptione Terrestri bello, Conventioneq, ac alijs omnibus Iuris re
medijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquoquis eva
dendo, Hac sua praesen personali Recognitione super praemissa omnia mediante.

28/VI Vigore Laudi, Feria Sexta in Vi-
gilia Festi Sanctorum Petri et
1669 Pauli Apostolorum. Anno Do-
mini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo q.

Kulczycki Baranieckiem Donat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan
Praemislien Nobilis ien Kulczycki Klimowicz sanus mente et corpore
existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis
proprijs et Competen recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemislien

Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Suc-
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atq' subijciendo palam libere publice ac per expres-
sum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in-
frascripta, nempe Czarne Pole od Rzeki Dniestru wzdłuż do mie
dzy Smietanorat, in latitudinem vero inter metas Nobilium Wa-
sili Kulczycki Klimowicz ab una, et Sellio Kulczycki Iunior parte
ab altera Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, haere-
ditate, tituloq' haereditario, cumq' omnibus et singulis eorundem
bonorum vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, Commodis
emolumentis, obuentionibus, attinentijsq' et pertinentijs generaliter Uni-
uersis, Nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis ac Cuiusuis
Competentiae et praerogatiuae pro se Regnie suisq' successoribus aut
quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum prout praemissa
omnia ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsiq'
concernebant ac eidem legitime seruiebant, Iam ex nunc et de fa-
cto Nobili Hiacyntho Baraniecki Nobilis Nicolai Baraniecki filio
eiusq' posteris dedit Donauit inscripsit et resignauit. prout prae-
senti dat, donat, inscribit, et resignat perpetuo et in aeuum. In quae
quidem bona suprascripta praemissaq' omnia praesenti per se Recognoscen
donata isidem suprascriptus Recognoscens praefato Donatario suo, et
eius posteris, iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et
admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamq' possessionem
per Ministerialem quemcunq' competentem et Nobiles duos die quacunq' volu-
erit officiose acceptandum. Per ipsum Donatarium suum et ipsius Suc-
cessores haec eadem bona praemissaq' omnia praesenti donata, cum vni-
uersis eorum vtilitatibus, et vsufructibus tenendi, habendi, et possi-
dendi, illisq' quiete et pacifice vtifruendi, ad ad suos suorumq' Suc-
cessorumq'

cessoru

cessionum quosvis beneplacitos usufructus libere et effectualiter con-
vertendi modo et iure haereditario. Debebitque et tenebitur memoratus
Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis gene-
raliter omnibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis
praefato Donatario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentibus
ipsum et eius successores, in dictis bonis, praemissisque omnibus prae-
sentibus resignatis, ab omni et quavis impetitione Iuridica, quarum-
cunque personarum, cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis
existentium exoriunda, in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties
quoties opus fuerit per omnes Praescriptiones terrestres, prout ad
quamlibet personam terrestris spectat et pertinet praescriptio, tueri,
defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemque cum poste-
ris reddere. Necnon haec eadem bona, praemissaque omnia praesentibus re-
signata, ab omnibus in genere Iuribus et inscriptionibus, prioribus
et posterioribus super eadem bona, praemissaque omnia praesenti modo
praemisso inscriptis cuiusvis personarum modo quovis factis et fa-
ciendis. Tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona prae-
missaque omnia praesentibus donata importatis et importandis, Lucris da-
nique et Perlucris, Iuribusque Iuris quibusvis, in quocunque pun-
cto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio
Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus re-
signatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mun-
daque et libera semper facere. ac etiam Intromissionem praefa-
ti coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefato-
rum praesentibus Donatorum dum per Magnificum et Nobiles Dominos Officiales
requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere da-
re et effectuali admittere, Dataque et admissa eadem, Possessionem
et Usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se
quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non

praepedire

G. Pourski

non praepedire, nec adimere, ipsumque Donatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo modo iniuriari, ita ut eadem bona praesentis resignata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque utifrui possit perpetuis et aeviternis temporibus. Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis, per eundemque Recognoscentem siue eius successores praefato Donatario suo et illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendumque succubitis, ac re aliqua principali ex praemissis non impleta complenda citatus existens memoratus Recognoscens [illegible] [illegible] seu Kulczycki Olimowicz siue eius successores, ad instantiam praenominati Nobilis Hiacynthi Bieniecki, Nobilis Nicolai Baranecki Filij Donatarij sui vel ipsius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex tunc recepta suprascripta qua ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino, tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Damna praetacta Terrestria simpliciter absque corporali Iuramento taxata luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentis, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio Militari, ac munimenta ad euictionem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos

dilationis

dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Juris proscriptione Terrestri, bello Conventioneq[ue] ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Itaq[ue] sua praesenti personali Recogn[itio]ne ad praemissa omnia mediante.

1/VII 1669

Vigore Feria secunda in Vigilia Festi Visitationis Beatissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono.

Komarnicki Contr[actus] Reformat[ionis]

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] nobilis Washo Komarnicki Strutbidis sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competen[tibus] recedendo. Praesenti v[er]o Castrensi Capitaneali Praemislien[si] Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam liberè, publicè ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Fesia Komarnicka nobilis olim Wasil Komarnicki Pacultowicis filiae suae v[er]o Recognoscentis Conthorali legitimae eiusq[ue] posteris summam Triginta florenorum polon[icalium] ratione veri dotis et expeditionis post ipsam acceptos et in domum suam importatos, nec non aliam similem summam Triginta florenorum Polon[icalium] ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et

integra